

THESES

de

Canceri natura et cura

Propositae

AB

IOANNE HENRICO IAENISCH

Medicinae Doctore, Orphanotrophei Imperialis Mosquensis Medico.



Anno 1784.

R25591




Theses, quibus Cancri natura et cura proponitur.

- I **C**ancer externus, vel Carcinoma, in genere definiri nequit. Admodum enim variat. Etenim manifestat se interdum instar tumoris, interdum, ut abscessus, interdum vlcus, interdum sphacelum aemulatur, interdum denique cum excreſcentiis fungosis apparet.
2. Hinc distinctiones Cancri,
1. In occultum et apertum,
 2. Idiopathicum et symptomaticum,
 3. Benignum et malignum.
 4. Malignus distingui debet in carcinoma, vel vlcerosum, vel sphacelosum, vel fungosum.
3. *Cancer occultus*, est tumor ardens et pungens cum pruritu mixtus, venis circumdatus magis vel minus turgidis, varii coloris et frequentissime scirrho prævio ortus.



4. *Cancer occultus* scirrho praevio ortus, est Cancer occultus Idiopathicus. Cancer occultus aliis morbis externis accedens e. g. verrucis, tumoribus cysticis etc. est cancer occultus symptomaticus.
5. *Cancer apertus*, in genere est vlcus externum, nunquam suppurationem manifestans, vel pus verum ostendens, sed semper ichorem, magis vel minus foetidum, partesque vicinas arrodentem, carnem fungosam magis vel minus semper producens, quae facile et frequenter sanguinem fundit, et vt plurimam valde dolens et puriens.
6. *Cancer apertus idiopathicus*, est cancer scirrho et cancro idiopathico occulto praevio ortus.
7. *Cancer apertus symptomaticus*, est cancer omni alii morbo externo, scirrho excepto, superveniens.
8. *Cancer idiopathicus in genere* est talis, qui cum scirrho incipit, et cancer symptomaticus in genere, qui alii morbo externo, scirrho excepto, accedit.
9. *Cancer benignus* est talis, qui leuioribus symptomatibus, cancer malignus autem, qui grauioribus stipatur.



10. Ad leviora symptomata canceri pertinent: tumor cancrifus (Thes. 3.) abfcessum aemulans, qui, quando rumpitur, ichorem quidem effundit, attamen brevi tempore feſe ab illo exonerat, et vlcus relinquit partes vicinas minus depaſcens, ſanguinem raro effundens et minus fungoſum.
11. Ad graviora ſymptomata canceri pertinent tumor cancrifus vrens, lividus, inaequalis, cito creſcens, ſemper durus, ſanguinem frequenter effundens, valde pruriens, cui ſuccedit ulcus late et profunde proſerpens, interdum ſphaecelum aemulans, interdum excreſcentiis fungoſis ſaeviens.
12. *Cancer idiopatbicus benignus* itaque eſt talis, qui cum ſcirrho incipit et in tumorem cancrifum tranſit, abſceſſui ſimilem, qui loco puris ichorem continet, quique, quando rumpitur, ab omni ichore brevi tempore ſeſe exonerat, et vlcus mali generis quidem, attamen ſanabile, partes vicinas minus depaſcens, vel etiam fiſtulam relinquit.



13. *Cancer idiopathicus malignus*, est cancer ex scirrho ortus et postea gravioribus stipatus symptomatibus. (Thes. 11.) Cumque graviora ista symptomata ad tres potissimum classes redigi possint, tres etiam inde derivantur subdivisiones canceri maligni. Scilicet dividi potest in.

1. *Cancrum ulcerosum*, qui consistit in ulcerate et profunde proserpente, dolente, puriente quodque frequenter sanguinem emittit;

2. *Cancrum sphacelosum*, ubi pars cancerosa, quando ex occulto transit in apertum, sphacelum aemulatur, ichorem emittit foeditissimum et eodem fere modo a parte sana separatur, quo sphacelus, seu mortuum, a parte viva;

3. *Cancrum fungosum*, qui ut plurimum cito crescit et ad magnitudinem frequenter insignem peruenit, cum tumore duro et inaequali, excrescentias producendo fungosas saevit.

14. *Cancer symptomaticus benignus*, est cancer levioribus stipatus symptomatibus (Thes. 10.) omni alii morbo externo, scirrho excepto, superveniens.

15. *Cancer symptomaticus malignus* eundem habet originem, sed gravioribus stipatur symptomatibus. (Thes. II) Hinc idem esse potest, vel ulcerosus, vel sphaelus vil fungosus.
16. His distinctionibus probe observatis, cancer eo melius ab aliis morbis externis distingui potest.
17. Causa proxima canceri est stasis humorum in glandulis vel locis glandulosis, vel vasis lymphaticis, vel tubulis lactiferis mammarum vel papillis nerveis, cui depravatio massae sanguineae maior vel minor, vel coniungitur, vel antecedit, vel accedit.
18. Stasis ista producitur vel a causis internis, vel externis. Causae externae solae rarissime producere possunt carcinoma, frequenter autem combinatio causae externae cum interna.
19. Signa pathognomonica variarum specierum canceri ex definitionibus patent.
20. Quod ad prognosin attinet, sufficienter notum, cancerum esse morbum frequentissime lethalem. Periculosissimus tamen cancer! malignus, et quidem



dem huius generis cancer, qui supra spha-
celosus et fungosus est dictus Hic vlti-
mus, nullis cedit remediis externis aut in-
ternis, sola operatione e medio tolli potest.

21. Remedia interna, quae humores cor-
rigunt, combinata cum remediis exter-
nis saturninis, vel curare possunt cancerum,
vel si cura ob nimiam depravationem hu-
morum locum non habet, faciunt tamen,
ne malum ulterius proserpat, leniunt in-
terim dolores, ac lethalitati diu resi-
stunt.

22. Remedium internum specificum, Bel-
ladonna dictum, contra hunc morbum
parvi ut plurimum esse momenti, inue-
ni. Cicuta effectum praestat in cancro
a causa scrophulosa orto. Variare de-
bent interna medicamenta prouti causae
variant. Frequenter tamen convenit de-
coctum vel infusum ex radice bardanae,
et calami aromatici, foliis trifolii aqua-
tici, in quorum colatura solvitur Tar-
tarus solubilis. Pro re nata addenda his
laxantia vel rheum vel folia sennae vel
utrumque simul. Corpora leucophleg-
matica, radice jalappae, cui addas licet
vel cremorem tartari, vel sal quoddam
medi-

medium, sunt purganda. Diaeta observanda idonea, ne neglectus proprii usus sex rerum non naturalium irritum faciat usum omnium medicamentorum,

23. Remedia saturnina talia, quae calorem diminuunt, putredini resistunt, carnis fungosae generationem impediunt, haemorrhagias sistunt, sunt propria remedia externa, quae cancris adplicari possunt. Alia, quae vel emolliunt, vel corrodunt, vel irritant etc. nocent.
24. Praeparatis ex plumbo simplicissimis utor, cerussa scilicet, Minio et extracto saturni Goulardi. Debent autem rite praeparari et adhiberi.
25. Praeparantur sequenti modo; pulveris cerussae vel Minii Unc. j. terantur in mortario plumbeo cum pistillo plumbeo, donec pondus eius duplo auctum, et color albus cerussae et ruber minii in nigrum fere mutatus fuerit, id quod post laborem octo circiter horarum ut plurimum fit. Haec ita praeparata appellari possunt *Cerussa saturata* et *Minium saturatum*.
26. Cerussae vel Minii sic saturati Vnciae sex extracti saturni Goulardi Vnciae IV. paulatim instillantur, iterumque in eodem



dem mortario trituantur, donec haec quantitas dicti extracti cum pulvere perfecte mixta, et pulvis perfecte siccus factus fuerit. Tunc *Cerussa saturata composita* vel *Minium saturatum compositum* appellari possunt. Durante trituratione pars insignis extracti saturni exhalatur. Nam pondus pulveris sic praeparati raro Unc. IX. superat.

27. Vtrique pulveres externe adhibiti, calorem mitigant, excoriations tollunt, rubedinem, indicium inflammationis, diminuunt, haemorrhagias sistunt, putredini et carnis fungosae generationi obstant et frequenter dolores sedant. Efficacius autem haec omnia praestare mihi videtur Minium, quam cerussa. Nec mirum, cum istud multo sit specificè gravius.

28. Pulvis cerussae saturatae compositae vel Minii saturati compositi magis putredini et carnis fungosae generationi resistit quam non compositi.

29. Quo magis in vlcibus cancris, caro fungosa vel excrecentiae fungosae sese manifestant, eo diligentius, minio saturato conspergenda, sin minus, sufficit et cerussae

cerussae saturatae vsus. Nam haec aequae ac Minium putredini resistit, minus autem efficax est ad excrescentias fungosas tollendas. Cancer sphaerosus cerussa saturata composita aut Minio saturato composito conspergendus, siquidem magis putredini resistunt, quam non composita.

30. Cancro occulto emplastra vel emollientia, vel attrahentia, vel fortiter adhaerentia nunquam applicanda. Etenim non nisi sequenti modo parata proficua inveni. Ad unciam unam sevi cervini recentis, vel eius defectu, sevi hircini recentis lenissimo igne liquefacti adde paulatim pulveris cerussae saturatae vel Minii saturati Unc. VI. misceantur exactissime, donec fiat massa similis emplastro, quod digitum ope supra linteum mollissimum extendi debet. Nam cum massa ista minus cohaereat, et aliquo modo friabilis sit, spatula extendi nequit. Nec tamen convenit tali modo extensum, ut adhibeatur. Conspergendum enim adhuc eodem pulvere, quo parabatur, qui digitis bene laevigandus est, ut fiat emplastrum aequale plane non adhaerens.



31. Emplastrum hoc adplicari potest tam canceris occultis, quam apertis, cuiuscunque sint generis. Cancro occulto per se adplicatur et sufficit bis de die illud mutare. Calorem attrahendo dolores sedat, promovet maturationem canceri et facit, ut ex cancro occulto, cancer fiat apertus benignus. Qua in re conamina medentis praecipue consistere debent.
32. Cancer apertus pulvere vel cerussae saturatae, vel Minii saturati, vel Cerussae saturatae compositae, vel Minii saturati compositi, prouti circumstantiae variant, probe conspergendus, hocque facto emplastrum, Thesi 30 descriptum, adplicatur. Supra hoc linteamina mollissima aptentur, ad iniurias aeris, vel indusii, vel vestimenti arcendas.
33. Cancer apertus frequenter deligandus et quo copiosior ex illo effluit ichor, eo frequentior fiat deligatio.
34. Plane non convenit, vlcera cancrofa linteis carptis implere. Cautè solummodo cum his ichor abstergendus, et si quaedam impuritates, vel crustae, quae sine vi auferri possunt, sese manifestant, haec e medio tolli debent, statimque postea pulvis inspergendus.

35. Quantum fieri potest, providendum in qualibet deligatione, vt ichor liberum habeat exitum.
36. Operatio frequenter necessaria. Instituitur autem optime eo tempore quando scirrhus in cancrum transire incipit.
37. Cancri fungosi cito crescentes, antequam in cancrum apertum abeunt, citius operatione e medio tollendi. Alias enim in ingentem molem excrescunt, et ancipitem postea habent operationem.
38. En methodum simplicissimam ratione inventam et experientia comprobata, meoque iudicio maxime omnium aptam cancro medendo. Meliora edoctus, eodem candore sua divulget.





Druckfehler.

- Pag. 21. Zeile 15. statt (fluctuation), ließ (*fluctuatio*).
— 26. — 11. statt sehr, ließ geschwind.
— 29. — 16. muß das Wort innerlich weg.
— 42. — 15. statt arcani, ließ *arcaei*.
— 46. — 9. statt selten, ließ seltener.
— 49. — 11 und 12. statt (Carbunculus), ließ (*Furunculus*).
— 56. — 10. statt bewirkt, ließ bemerkt.
— 63. — 5. statt der, ließ und.
— 66. — 9. statt taraxari, ließ *taraxaci*.
— 68. — 21. nach dem Worte Auswege muß das
Wort da zugesetzt werden.
— 69. — 16. statt *extera*, ließ *externa*.
— 69. — 18. statt *ferio*, ließ *ferro*.
— 76. — 24. Zwischen *Arsenico* und *vitriolo* setze
ein Comma (,).
— 83. — 9. statt bezuckert, ließ bepudert.
-

THE HISTORY

OF

THE HISTORY OF THE	179
REIGN OF	180
THE	181
REIGN OF	182
THE	183
REIGN OF	184
THE	185
REIGN OF	186
THE	187
REIGN OF	188
THE	189
REIGN OF	190
THE	191
REIGN OF	192
THE	193
REIGN OF	194
THE	195
REIGN OF	196
THE	197
REIGN OF	198
THE	199
REIGN OF	200
THE	201
REIGN OF	202
THE	203
REIGN OF	204
THE	205
REIGN OF	206
THE	207
REIGN OF	208
THE	209
REIGN OF	210
THE	211
REIGN OF	212
THE	213
REIGN OF	214
THE	215
REIGN OF	216
THE	217
REIGN OF	218
THE	219
REIGN OF	220
THE	221
REIGN OF	222
THE	223
REIGN OF	224
THE	225
REIGN OF	226
THE	227
REIGN OF	228
THE	229
REIGN OF	230
THE	231
REIGN OF	232
THE	233
REIGN OF	234
THE	235
REIGN OF	236
THE	237
REIGN OF	238
THE	239
REIGN OF	240
THE	241
REIGN OF	242
THE	243
REIGN OF	244
THE	245
REIGN OF	246
THE	247
REIGN OF	248
THE	249
REIGN OF	250
THE	251
REIGN OF	252
THE	253
REIGN OF	254
THE	255
REIGN OF	256
THE	257
REIGN OF	258
THE	259
REIGN OF	260
THE	261
REIGN OF	262
THE	263
REIGN OF	264
THE	265
REIGN OF	266
THE	267
REIGN OF	268
THE	269
REIGN OF	270
THE	271
REIGN OF	272
THE	273
REIGN OF	274
THE	275
REIGN OF	276
THE	277
REIGN OF	278
THE	279
REIGN OF	280
THE	281
REIGN OF	282
THE	283
REIGN OF	284
THE	285
REIGN OF	286
THE	287
REIGN OF	288
THE	289
REIGN OF	290
THE	291
REIGN OF	292
THE	293
REIGN OF	294
THE	295
REIGN OF	296
THE	297
REIGN OF	298
THE	299
REIGN OF	300

—

8

7

